BACON 1932 12 Edward II
Pentelawe muniments of title
THE UNIVERSITY OF CHICAGO LIBRARY

29 Sept
Feast of St. Michael
Pentelowe 12 Ed. II E    Pentlow 1832

A

Alan Belle

B

Walter Chapeleyn

C

D

E

Walter Fitz Humfrey (S. of Umfr') Kt. D.
John le Fermer

F

G

2. Jn. atte Hoo of Pentelawe w. Johanna
( Geoffrey del Ho)

H

IJ

K

John de Liston Kt. D.

L

(Gilbert de Meresuye)

M

1. Margery de Norhampton

N

O

P. Pentelowe

PQ

Jn. le Riche

R

1. Richard de Somerton of ~~[illegible]~~ Yarmouth + w. Matilda

S

T

UV

Roger Wolvryne

W

XY

1932

∴ Hec est conuencio facta inter Magistrum de Northampton Ricardum de Bourton de Fernham & Matill' uxorem eius ex una parte
& Johannem Alexandri filium de Pentelawe & Johannam uxorem eius ex altera. Videlicet quod predicti Magister Ricardus & Matill' concesserunt
dimiserunt & tradiderunt predictis Johanni Alexandri filio & Johanne uxori eius omnia illa tenementa cum pertinenciis suis que prefati
Magister & Matill' simul cum Galfrido del ho quondam perquisierunt de Gilberto de Merseye in Pentelawe tenenda
eisdem Magistro Matill' & Galfrido & heredibus ipsius Matill'. Et in mesuagiis edificiis gardinis terris arabilibus pratis pas-
cuis & pasturis boscis viis semitis & omnibus aliis pertinenciis ad predicta tenementa qualitercumque spectantibus sine ullo
retenemento. Habend' & tenend' omnia predicta tenementa cum omnibus suis ubique pertinenciis sicut predictum est prefatis
Johanni & Johanne & eorum heredibus et assign' de predictis Magistro Rico & Matill' uxore eius ad totam vitam eorundem Magistri Ric'
& Matill' et ad vitam ipsius eorum qui alium supervixerit libere quiete bene & in pace. Reddendo inde annuatim prefatis
Magistro Rico & Matill' ad totam vitam suam & illi eorum qui alium supervixerit duas marcas argenti apud Fernham
magnam infra Octabas sancti Michaelis. Et faciendo pro predictis Magistro Rico & Matill' capitalibus dominis feodi servicia pro
predictis tenementis debita pro omnibus serviciis. Volunt eciam & concedunt predicti Johannes & Johanna pro se & heredibus suis
quod omnes domos in predictis tenementis existentes in adeo bono statu quo eas tempore confeccionis presencium invenerunt
aut in meliori ad totam vitam predictorum Magistri Ric' & Matill' ipsis sumptibus sustentabunt. Et predicti Magister Ricardus
& Matill' warantizabunt omnia predicta tenementa cum omnibus suis pertinenciis predictis Johanni & Johanne & eorum heredibus et
assign' ad totam vitam eorundem Magistri Ric' & Matill' & ad vitam illius eorum qui alium supervixerit contra omnes gentes.
Volunt eciam & concedunt predicti Johannes & Johanna quod si contingat ipsos in solucione predictarum duarum marcarum ad diem pre-
dictum deficere: quod liceat predictis Magistro Rico & Matill' & illi eorum qui alium supervixerit omnes terras & tenementa in
seisina predictorum Johannis & Johanne in Comitatibus Suff' & Essex tempore confeccionis presencium existentes ad quorumcumque manus
devenerint intrare & distringere & districciones retinere quousque de redditu eis aretro existente plenarie fuit eis satisfactum.
In cuius rei testimonium hoc scriptum est indentatum et parti residenti penes prefatos Johannem & Johannam predicti Magister
Ric' & Matill' sigilla sua apposuerunt. Et parti penes prefatos Magistrum Ricardum & Matill' residenti predicti Johannes
& Johanna sigilla sua apposuerunt. Dat' apud Pentelawe in festo sancti Michaelis Anno regni Regis Edwardi
filii Regis Edwardi duodecimo. Hiis testibus domino Waltero filio Humfridi. Johanne de Liston milite. Johanne le
Fermer. Johanne le Riche. Alano Welle. Rogero Wolwyne. Waltero Chapeleyn & aliis.